UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Dominium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

Hinc eſt quòd quælibet ignorantia etiam craſſa excuſet à dolo, nõ tamen à culpa ſimplici. cap. 27.num. 141.

Pactum quod fit vt depoſitarius non teneatur de dolo, eſt illicitum & nullum. cap. 17. num. 181.

Doli actio non datur ob omnem quantitatem, quæ mortalem culpam facit. c.17.n. lit.E. in Nou. nu. 3.§. Non obſtant.

Per dolum verò & fraudem peccat mortaliter qui in contractibus aut quaſi contractibus afficit aliũ damno notabili. c.23.n.77.

DOMICILIVM. Subiectio ratione domicilij maior eſt quàm ratione originis & beneficij. Beneficium autem requirens reſidentiam perſonalem, confert domicilium. c. 25.n.111.§.3.verſiculo, principaliter dico.

DOMINIVM.

A ILLVD dicitur dominium directum, quod habet is qui proprietaté rei habet ſine vſu fructu. Illud verò dicitur dominium vtile quod habet is qui, ſine proprietate, habet ius fruẽdi re perpetuò, vel pro ſua vita, vel plus aut ſaltem pro decé annis. c. 17.n.174.&

B Lex non prohibet dominij tranſlationem rei datæ alicui, ne maleficium faciat, ſed tantùm concedit condictionem. n.34.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dominium rei furtiuæ permanentis in ſpecie,non tranſit in furem, ſed ſemper manet penes dominum.num.94.

Dominium rei acceptæ in extrema neceſſitate non tranſit in accipientem. nu.61. Neque omnis qui licitè vtitur re, fit Dominus eius.num.62.

De dominio animalium, ferarum,auium, &c. vide Venatio. dominium per quos contractus transferatur.vide tit.contractus.

DOMINVS.

PEccat negligens ea quæ pertinent ad ſeruorum vel famulorum ſalutem ſpiritualem,& qui non curat docere illos doctrinam Chriſtianam,& qui negligit noſſe manifeſta peccata ſeruorum, vt corrigat. Item qui prohibet ſeruis ſuis matrimonium contrahere. cap.14.num.21. non tamen tenetur præbere conſenſum, nec concedere facultatem ad contrahendum.ibid.

Quomodo teneatur ſoluere ſalarium famulis. vide tit.Salarium. non poteſt atrociter punire ſeruum.cap.14.num.19.

DONATIO.

DOnatio à marito facta vxori, aut è A
contra poſt matrimonium contractum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN